

*Israël & de advenis , qvi peregrinantur inter vos si comedenter
sanguinem , obfirmabo faciem meam contra animam illius , &
disperdam illum de populo suo , qvia anima carnis in sanguine
est , & ego dedi illum vobis , ut super altare expietis pro animabus
vestris , & sanguinis pro anime piaculo sit . Sic igitur ratio sen-
susque interdicti Noachici evidenter proditur . Impera-
ta lex ideo , ut a sanguine hominis effundendo abster-
rerentur Noachidiæ , magis eruitur ex præsupposita , & in-
troductione legis explicatione , qvam ut deprehendi in Sancto
textu possit . Torniellus , cui adstipulamus , connexionem Annal. M.
legis de sanguine hominis observando ita tradit : Ne quan- 1657. §. xv.
do posteri ipsius Noæ procedentibus temporibus propter
illam generalitatem , omne qvod movetur & vivit erit vobis in
cibum , putarent , licere carnes quoque humanas , sanguine
duntaxat prius effuso , manducare ; statim prohibetur effu-
sio humani sanguinis , opposita duplii pœna . altera ab
ipsomet DEO , altera ab hominibus infligenda , &c. Occa-
sio prohibiti ibi homicidii manat ex concessione illa gene-
rali cibaria ; demandata (si qva est) abstinentia ab omni
esu sanguinis ratio & fundamentum non dicitur lex huma-
ni sanguinis non fundendi . Cum lexpietatis humana car-
ne prohibeat vesci , annon a compari collendum foret , ad
arcendum ab esu hominis Noachidam , ab esu carnis eum
cohibendum fuisse ? Anne vero per abstinentiam ab esu
sanguinis bestiarum addidicerunt homines manus invicem
abstinere sanguinarias ? Quid habet bestiarum sanguis sti-
mulorum ad interficiendos homines ? Num ideo truculen-
tores Christiani sanguine vescentes , aliis aut barbaris aut
christianis non vescentibus ? Qvamobrem , ut ad summam
dicamus , lex controversa aut bestiale tantum esum pro-
hibet , & ita nihil ad qvæsitum facit , aut respectum habet
cæremoniarum sacrarum , & ita sublati per Christum cære-
moniis Patriarchalibus , qvæ ipsum eminus contuebantur ,
non potest obligare Christianos . Ita concidunt omnia ar-
gumenta pro obligatione morali visa facere ex Noachida-
rum lege . Inde satis constat pariter , cur Moses in Levita-*

C

rum